

Band VI., Nr. 1816, Seite 210-211

*Die Gebrüder Hugo und Albert von Bittelschieß überlassen einen von ihrem
Lehensmann Burkhard dem Fischer von Hirschbühl ihnen aufgesagten
Lehenshof in Blochingen mit vollem Eigentumsrecht an das Kloster Salem.*

Saulgau (Bingen, Salem), 1265.

Universis^a hanc paginam inspecturis nos Hugo et Albertus fratres de Butelshies salutem et noticiam subscriptorum. Noverint universi, quos nosse fuerit opportunum, quod, cum Burkardus piscator dictus de Hierspil pheodum, videlicet curtim in Blochingen cum omnibus suis appendiciis, quod a nobis in pheodo^b tenuerat illucusque, quia nobis proprietatis titulo pertinebat, ipsum pheodum seu ius pheodale in monasterium de Salem transferre intenderet, ad manus nostras libere resignavit. Qua resignatione facta nos in remedium anime nostre et parentum nostrorum nec non ad preces dicti Burkardi predictum pheodum ac pheodi proprietatem cum area et omnibus iuribus et appendiciis eidem curti et aree intus et extra pertinentibus reverendis in Christo Eberhardo abbati et conventui de Salem ac per ipsos eorum monasterio tradidimus et donavimus proprietatis titulo perpetuo possidendum, renuntiantes una cum dicto Burkardo pro nobis et nostris heredibus universis omni iuri, quod nobis in predictis possessionibus competere videbatur casu quolibet contingente.

 Acta sunt hec ex parte mea videlicet Hugonis apud Sulgen anno domini M^o. CC^o. LX^o. V^o., subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet reverendo in Christo domno Wernhero abbate de Lucelach, Cûnrado capellano suo, fratre Nycolao de Salem, fratre Cûnrado dicto Giersteling, Hainrico dicto Kupphersmit, Burkardo et Cûnrado fratribus suis, Bertholdo de Bolster, civibus in Sulgen, Petro servo abbatis de Luzelach, Hainrico dicto Gebel et Vlrico dicto Wagenhart.

 Acta vero ex parte mei Alberti videlicet anno ut supra apud Bivningen presentibus Sivrido viceplebano de Biuningen, Hainrico de Hornstain et Mangoldo fratre suo de Hertenstain militibus, Hermannno dicto Sûn et aliis quam pluribus probis viris.

 In cuius rei evidentiam presentem cedulam dicto monasterio tradidimus sigillo meo scilicet Hugonis, quo et ego Albertus, quia sigillum proprium non habui, usus fui in hoc facto, pro testimonio roboratam, ego Burkardus dictus de Hierspil predicta omnia, prout premissa sunt, profiteor esse vera et per me fore facta.

 Datum apud Salem anno ut supra.

^aVerzierter Anfangsbuchstaben.

^bEs stand ursprünglich *pheodum*, das *um* ist durch einen Punkt über jedem Buchstaben getilgt und ein *o* überschrieben.

II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das Siegel ist in ein Säckchen
eingenäht; es handelt sich ohne Zweifel um das an der Urkunde Nr. 1815 (WUB,
Bd. VI, S. 209) beschriebene.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Fürst Thurn und Taxis Zentralarchiv in Regensburg

Signatur/Titel des Originals:

KU Salem 1265

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 35, S. 455 (nach Salemer Kopialbuch).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Saulgau (Bingen, Salem)

Ortsindex:

Bad Saulgau Wohnplatz (21324)
 Bingen Wohnplatz (21050)
 Bingen, SIG
 Bittelschieß Wohnplatz (21127)
 Bittelschieß,
Krauchenwies, SIG
 Blochingen Wohnplatz (21155)
 Blochingen, Mengen, SIG
 Bolstern Wohnplatz (21290)
 Bolstern,
Bad Saulgau, SIG
 Hirschbühl Wüstung (26451)
 Hirschbühl,
Mengen, SIG, W
 Lützel, Dep. Haut-Rhin, Frankreich
 Saulgau, Bad Saulgau, SIG
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)